

5
hoc est iudicium. id est causa iudicij sive aeterna
damnationis: quia lux veritas in mundum, et dilexerunt
homines magis tenebras quam lucem.

Quare Religiosus qui de mundo ad religionem transit,
de loco tenebrarum ad locum lucis vadit, ubi amota
terrenitate, per paupertatem spiritus, per obedientiam
et castitatem fugata nubes peccatorum a vero sole,
meditatione, actione et oratione illuminatur.
ad hanc etiam illuminationem operantur actus
luminosi exempla scilicet virtutum quae in fratribus
conspiciuntur. Religiose lectos pro coronide huius
Capituli, Insuper morale documentum et
sequela: lucet lux vestra coram hominibus et
ut videant opera vestra bona, et glorificent patrem
vestrum qui in caelis est. sunt ipsa verba Christi apud
Matth. cap. 6.

Capitulum Tertium De mundi falsitate

absolute verum est et evidens, quod mundus falsus et
fallax est, non enim in eo invenitur veritas, mala
illud psalmista: non est in ore eorum veritas. Item
osae 4. non est veritas in terra. non etiam invenit
in eo fides nec vera amicitia; virum fidelem quis
inveniet proverb. 20. id primum sentio, nam in bonis
amicitia esse non potest. quomodo amat alium qui non
amat se ipsum? quid diligit iniquitatem odit animam suam
Eccli 14. qui sibi nequam est, cui alij bonus erit. Non
amant amatores mundi etiam propinquos suos, et si
amant eos aliquando carnaliter, odiant eos spiritualiter.

unde Jeram: 9. unusquisq; à proximo suo se custodiat
et in omni fratre suo non habeat fiduciam, quia omnis
frater supplantans supplantabit, et omnis amicus fraudu-
lenter incedet, et vir fratrem deridet, et veritatem non
loquentur. falsus et fallax est mundus, exterius aureus
interius luteus. hippocenta est mundus unde Job: 20. gam-
-dium hippocenta ad instar puncti. secundum Hieronimū
hippocenta est: qui aliud est et aliud simulat. mundus
similis est sterquilino rivo de quo et sepulchris dealbatis
pubedine plenis, qui exterius apparent pulcherrimos
interius sunt suspiores igne infernali exusti et deni-
-grati igne sicut luxuria et cupiditas. de quo appime
Joel: i. ad te dñe clamabo quia ignis comedit speciosas
deserti mundi sicut a deo deserti. hinc enim mundus sicut
immandus, amplectentes se amore inquinat. August.
o munde imunde quid strepsis? quid aventare conaris?
qui tangit picem inquinabitur ab eā Job: 13.
fallax est mundus specie fallacia ignominiosissima, quia
proditor, cui erim arridet, eum decipit, potius eligenda
est ejus ira quam arrisus. celi b. melior est ira risu.
greg: cum omnis fortuna timenda sicut, magis timenda
est prospera quam adversa, hae erim se viendo erudit
illa blandiendo seducit. Mundus amantes se devorat
invicta illud August: amas saeculum, absorbet. Me. Ama-
-tores suos vocare novit, non probare; mundus eum
quem osculare ^{cur} novit, hostibus suis tradit, et hinc congruit
illud verbum apostatae Judae: quemcumque osculatus
fuerit, ipse est Tenete eum math. 23. id quod dixit Judas
fallacibus, hoc dicit mundus demonibus. Mundus eum
quem osculatur occidit, sicut Joab Amasam ubi patet 2^o
reg: 20.

fallaces sunt amatores mundi, insuperque fallacia bona
qua ab eis amantur. ipsi et fallunt et falluntur, fre-
-quenter odium quos amare verbose ostendunt, sicut illud: prov: 10
abscondunt odium labia mendacia, hae praxis mundi:
mundus

mundus enim illos, quos in prosperitate diligit, in
adversitate deserit. hinc Ecclesiastes cap. 6: est
amicus secundum tempus suum, et non permanebit in
tempore tribulationis. mundus parva occasione datam
eorum inimici finit, quorum ante amici fuerunt.
est amicus scribitur Eccl. 6. qui convertitur ad inimicitias.

Bona mundi fallacia sunt, et mendacia, iuxta illud
psalm: ut quid diligitis ^{vanitatem} et quaeritis mendacium. quasi
qui apprehendit umbram et persequitur ventum, sic qui
attendit ad visa mendacia. hinc Isaia 28: posuimus men-
dacium spem nostram. ex eod. Seneca: tenues est
mendacium per lucem si diligenter inspexeris.

fallaces sunt Divitiae, fallaces Deliciae, fallax mundi
gratia, potentia et gloria. fallaces Divitiae sunt
secundum illud math. 23: sollicitudo saeculi, et fal-
lacia Divitiarum suffocant verbum. Divitiae fallunt
quia promittunt copiam, et faciunt vel augent indi-
gentiam; unde sicut amatores earum, ita Divitiae habent
defectus suos, quos proinde defectus secum afferunt
cum ad aliquem veniunt. Ad id iuxta verbum sapi-
entis verum est quod pluribus indigent, quia plura
possident. bene inquit salomon Eccl. 5. avarus non
implebitur pecunia, et qui amat Divitias, fructum
non capiet ex eis. non sunt simul fames Divitiarum
et fames amoris verò Divitiarum, est quadam fames
eorum. deo non est simul cum fames, quam quasi
fructum ex divitijs amatores earum assequi se credunt.
Benedictus non plus fatiatur cor hominis auro, quam
corpus auram. altera cupiditatum ait Seneca, ex fine
alterius trahitur, quod est post defectum, quem bona
alicui advenientia, secum habent. Divitiae illos qui eis
innituntur, fallunt, quia eis feliciter non tribuunt.

qui confidit in divitijs suis, corruebat. salom: prov: ii.
Deliciae temporales fallaces sunt, habent enim amari-
tudinem annexam. Unde optime sapiens: Dulcedo felici-
tatis humana multis amaritudinibus respersa est.
Item Ecclesiastes 7mo inveni amariorum morbo mulie-
rem. Haec mulier est carnis voluptas. De amaritudine
ista credendum est Viris sanctis, qui palatum cordis bene
habent dispositum, non peccatoribus qui habent illud
de febre iniquitatis infectum. Amarior est voluptas
carnis quam animam a deo separari morbo temporali
quae animam separat a corpore. Voluptas carnis est
quasi mel quod lingitur in spinis. inimici opus terram
lingunt. ait psalmista. Inimici Dei, sunt amici mundi.
Sicut aqua ad mare tendunt, sic deliciae temporales
ad aeternam amaritudinem ducunt. Voluptates non
sunt fideles, non sunt solidae, et si non noverit, fugiunt
ait Jeremias.

Gratia mundi fallax est. fallax gratia et vana est.
pulchritudo prov: ubi. multum falluntur, qui in aedi-
gratiam quaerunt. imo quia eis carissimè carissat,
cum minus quam nihil valeat. Tale a pensae fuerit pro
mundi gratia seu placentia habenda, quod aliquando
Comitatus vel regna ad eas non sufficiunt, nonne pro
ea fiunt pretiosi ornatus vestium, lectorum, equo-
rum, mensarum in vasis aureis et argenteis. Nonne
pro ea etiam fiunt sumptuosa convivia, habentur
multae equitaturae, magna familia et.

Gratia minus quam nihil valet, cum magis expe-
dit homini
tolerare et habere iram mundi, quam epus arisum et fa-
vorem.

2do falluntur, quia dei gratiam, quae omnium pretiosissima
res est, pro futili mundi gratia amittunt, quae eis inutilis
et potius innoxia est. sic enim ait psalmista: confusi sunt
qui hominibus placent, quoniam deus spernit eos. sic
Paulus ad gal: i. si fratribus placerem, servus dei non essem.

9
Suffocatur. Invocati ad nuptias excusant se, eo quod
terrenis sicut impediti negotijs Luca 14. Et ex his patet:
quod abundantia temporalium et dei oblivio frequenter
se comitantur. Ephraim et Manasse fratres fuerunt,
Ephraim fructificans interpretatur, Manasse autem
oblivio. proficientes in temporalibus Deum oblivisci
solent, verificatio et probatio huius habetur Deuter: 32
cave, ne cum dederit tibi Dominus arbes et oppida, cum
-tasumq; opum opum copiam, obliviscaris Dni Dei tui.
Pincerna pharaonis in prosperitate oblitus est Josephi
interpretis sui ut patet Gen. 40. quare eorum differt qui
religionem profiteri, inspergunt ad caelum vultu tendere,
omnes temporales deprecari, uti clare id scribunt et
dicunt. S. P. P. Augustinus de verbis Dni: abjice
divitiarum onera, abjice vincula voluptionaria, abjice
anxietates et Tedia quae te annis plurimis inquitant.
Hieronymus vero his verbis: si habes in potestate, tuam
rem tuam vende, si non habes, proice, facile salvatur
divitiarum difficile earum amator. hinc Matth. 5. 3.
Difficile intrabit dives in regnum caelorum. Nam facilis
est camelum per foramen acus intrare, quam divitem
intrare in regnum caelorum. S. Bernardus: felices exo-
nerati qui sequi possunt caped. Si, ac tepem unum eorum
foramen nos exspectat. quid igitur Tu Camele gibbum
quid Tu pecuniose loculos perditoris tollis? non sic
impie, non sic ingredieris foramen acus huius, farinae
enim non admittit.

Caput 6. cum

De Veloci bonorum mundi transitu.

Sicuti velox fluminis transitus apparet, cum consi-
deratur stabilitas littoris, sic apparet velox transitus
temporalium comparatione aeternorum, hunc veloxem
temporalium transitum recognoscunt reprobi illi qui

qui in inferno poena aeterna sunt condemnati. Tran-
sierunt omnia illa tanquam umbrae, et tanquam
nuntius praeteriens, et sicut navis qua pertransit
fluctuantem aquam, aut avis qua transvolat in
aere, aut sicut sagitta emissa ad locum destinatum
ita describitur sapia. 5. sicut et nos nati, continuo
desivimus esse. et subditur: spiritus impij quasi
lanugo, et sicut flamma gracilis qua a procella
dispergitur, et sicut fumus ventus qui in fumo diffu-
sus est. et sicut memoria hospitis diei unius praeter-
reuntis. dilecte religiose, temporales comparatum
ad aeternum, est quasi res, quae iam praeterit teste
prophetas in psal: mille anni ante oculos tuos sicut
dies hesternae quae praeterit. item temporales hoc
est velut somnium secundum illud Jobi 20: velut
somnia ad volans non invenietur. Transiit sicut
visio nocturna; parum videtur, parum durat
res temporalis, et cito transeunt de personae ad
personam. de anno dicitur Jacobi 4: quid est vita
nostra? vapor ad modicum parens. item psalmista:
vidi impium super elevatum et exaltatum sicut
cedros libani, et transivi et ecce non erat. August.
in lib: Confess: si quid arvisse prosperi tendebat appre-
hendere, quia pene priusquam teneretur avolebat.
de rebus Bernardus: erras, si mansuras putas tuas
divitias, quae per tot manus hominum transierunt.

Caput commune

De Mundi cruciatu.

Mundanam vitam multum vel potius plurimum
laboriosam et arduam esse sapia docent sagitta.
Sap. 5. lassati sumus in via iniquitatis et perditionis

ambulavimus vias difficiles; fatigationis hujus dux
est causa est: multitudo scilicet agendorum, et impedi-
mentorum multitudo. amatores mundi solent invenire
multa impedimenta in his que agunt, adeo quod etiam
homines potentes non perficiunt quod intendunt.
hinc apprimè d. Greg. vita pauperis laboribus plena
est, cum luctu agitur, et cum lacrymis amittitur.
amatores mundi non sunt sine cruciatu, qui amore
spinas divitiarum amplectuntur hinc de avaro dicitur
2do Ita scribitur: cuncti dies ejus doloribus et anxietate
pleni sunt, nec per noctem mente requiescit. Non
sunt etiam sine cruciatu qui in spenis vitiorum
iacent. math. 5. nunquid colligunt de spinis uras?
aut de tribulis ficus? Non sunt etiam sine cruciatu
quos vermis conscientia mordet. Ita Babel, Jerem. 2: arguitur
de malitia tua. unde s. August. curra per singula,
et invenies tota ac tormenta, quod vitia. quare tor-
mentum superbia est quasi suspendium, qui suspen-
ditur ad lignum altum fune ligatur, superbus vero
vinculo amoris ad ipsam altitudinem ligatus est; est
enim superbia secundum August. amor propriae altitudi-
nis, ponderositas corporis que suspensus inferius
trahitur qui fune ligatus in alto tenetur, ei est
ocasio doloris, et si superbum affligunt impedimenta
sua exaltationis.

Tormentum vanæ gloriae est, eo quod ipsa amationes
suos vento detractionis et adulationis expositos inquietat.
de quibus psalmista: ascendunt usque ad caelos, et descendunt
usque ad abyssos; modo magni, modo parvi, modo nulli
sibi videntur.

Torm

Tormentum ira est excacatio. impedit enim ira
animum, ne possit cernere verum; homo iratus est quasi
furiosus, injicit enim aliquando manus in semetipsum,
hinc sapi. 16: homo per malitiam occidit animam suam.
aliquando etiam aggreditur proximum, aliquando
deum & proximos occidendo sanctos blasphemando.
Ipse est quasi Damoniacus s. reg. 16: spiritus malus exagitabat
Gaul.

Tormentum Invidia valde magnum est, quanta sunt
hominum gaudia, tanti sunt invidorum gemitus;
invidus amittit, quod alij lucrantur. sic poeta: invidus
alterius rebus maerescit optimis.

Faint, illegible handwriting on a lined page, possibly bleed-through from the reverse side.

Iterum Jacobi 4. adulteri, nescitis quia amicitias huius mundi, inimicae est Deo? qui unquam ergo voluerit esse amicus saeculi huius, inimicus Dei constituitur.

3^{to} falluntur, quia multoties gratia mundi ab eis haberi creditur, et non habetur; De x^{to} enim qui plenus gratia fuit scriptum est: quod alij dicebant: quia bonus est, alij dicebant non, sed seducit turbas.

4^{to} falluntur, quia licet gratia mundi quantum ad ^{plures} particulares habeatur, citò tamen amittitur, ut etiam in x^{to} patet, ut patet qui die, quo venit Ierosolimam ad passionem suam, magnam gratiam ad universum populum habuit, at citò eandem gratiam universi populi amisit. Bernardus: ab eodem populo, in eodem loco, in ipso tempore, paucissimis diebus interpositis primo cum tanto ~~triumpho~~ triumpho susceptus, et postea crucifixus est.

Potentia mundi huius fallax est, innitentes ei deiciens et baculus arundineus est. ad hanc editionem quadrat illud 4. reg: 18. an speras in baculo arundineo atque confraeto, aegypto, super quem si incubuerit homo, comminuetur, ingredietur manus eius, et perforabit eum; sic est pharao rex aegypti, omnibus qui confidunt in seo

Potentia saeculi huius comparatur arundini in aquis vescenti, exterius viridi, interius vacua, fructum non habenti nisi laruginem. Potentes saeculi in aquis deliciarum vescunt, qui ut frequenter deliciae nutriant et vivunt, exterius nitent per vanam gloriam, interius vacui sunt, habentes fervidum et impotentiam ignominiosam; frequenter enim magis subiecti sunt vitij, ideò minus eis resistere possunt ut superbia, ira, odio, gula et fructum vero potentiae suae hunc habeant, quod magis onerati peccatis decedunt, et ad maiorem cruciatum vadunt. sapientia 6: potentes potentibus pot-

Tormenta patientur. Item ibid: fortioribus fortior
instat cruciatio.

Gloria mundi fallax est multum decipiens amatores
suos. Imo quia credunt id gloriam, quod verè erim igno-
minia est. ad philipp. 3. gloria in confusione eorum
qui terrena sapiunt. Item vestimentum corporis
quod ipsi amatores credunt gloriosum, verè est ignomi-
niosum, tanquam verecundia remedium, turpitudinis
operimentum, pulchritudinis adiutorium ab infimis
creaturis homini ignominiosè mendicatum, signum
est culpa ut cauterium lateris. Bernardus: qui de
veste gloriatur, similis est furi glorianti de cauterio,
quia propter peccatum Adæ introductus est usus vestium.

2do gloria mundi amatores suos decipit, quæ ut frequenter
istis in ignominiam commutatur. unde genea:
istis fil ignominia superbi gloria. osee 4: gloriam
eorum in ignominiam commutabo.

3tio quia amatores mundi gloriam ejus valde carè emunt
cum tamen in veritate rei nihil valeat. Jois 8: ait elij:
si ego glorifico me ipsum, gloria mea nihil est. qd si multi
tantum expenderent pro aternâ gloriâ, quantum isti
amatores mundi expendunt pro vanâ, vix essent qui
eam haberent.

4to quia gloria mundi multum eis noxia est opera
eorum inutilia reddendo, gloriâ aternâ privando,
poena aterna eos obligando unde dicit de eis Math. 6:
qui quaerunt mundi gloriam, receperunt mercedem
suam. insuper apocal: 18, quantum glorificavisse
est in delicijs suis, tantum date ei tormentum
et luctum.

Caput 4.

Caput 4^{um}
De Modico bonorum Temporalium.

Bona temporalia modica sunt ex triplici capite: respu
dei, respu a^a, et respu coeli. respectu dei sunt quasi
gutta rosis. Sapiens. et quasi gutta rosis arbelucani, sic
est ante eum orbis terrarum. Imo nihil sunt respu
dei. Jois 16. usque modo non petistis quidquam et nihil
igitur petistis, qui temporale petistis. aspexi terram ait Jere-
miel cap. 4: ecce vacua erat et nihili. respu a^a
modica sunt, quam proinde a^am replere non possunt.
cum enim anima capax sit dei, re minore et viliori
proinde etiam repleri non potest. his bona temporalia
respu coeli modica et parvissima sunt sicut centrum
respu circumferentia; latitudo enim est circumferen-
tia, non centri. unde optimi Seneca: punctum est id
in quo navigatis, bellatis, regnatis. idem: ab ultimis
libroribus hispaniae usque ad Indos paucissimorum
dierum spatium iacet, si navem ferat ventus, ac
caelestis illa regio per triginta annos velociissimo sidere
viam praestat. Modica igitur etiam est bonitas
temporalium respu futurorum bonorum, umbrae
potius sunt verorum bonorum quam ipsa vera
bona. sic enim habetur sapia. et omnia transierunt
tanquam umbrae. signum modicae bonitatis eorum
est, ad quod deus et ea et amicus et inimicus suus;
bonis etiam et malis communis sunt; et eorum plus
et plura habent mali quam boni, possessores quos
non faciunt bonos, sed potius frequenter et pejus
malos faciunt, vel malitiam augent, et in ea delinunt
uno verbo pluribus nocent quam prosunt. proverb. 1.
usquequo stulti ea qua sibi sunt noxia cupiunt?

Amatores suos inquinant, tendentes ad coelum onerant.
August. in lib. de civit. dei: deserto bono bonorum
proprio lapsus est factus ad bonorum minimum, non
bonis proprium, sed bonis et malis communes

Capitulum 5^{um}.

Bona temporalia majorum bonorum sunt
impedimenta.

Veritas haec est, quod bona temporalia bonis spiritalibus
prostant; circa quod notandum quod oportet
creaturam averti eum qui ad Deum vult perfecte converti.
Et terrenis evacuari, qui vult coelestibus impleri. hinc
August. super illud psalmi diligite Dominum oes sancti eius
sic ait: Visce non diligere mundum, ut discas diligere
Deum; averti ut convertaris, si vis ut implearis. sicut
enim non coniungitur coelum terra, imò multum
distat ab eâ, sic coelestia in humano corde terrenis
non coniunguntur. Deus itaque ut excellentissimus et
nobilissimus Dominus et ad provisionem servorum
suorum sufficientissimus habere vult servos proprios
ab aliâ servitute expeditos qui totaliter possint inten-
dere eius servitio. sic Gen: 24 legitur, quod Abraham
habuerit vernaculos expeditos. et sic Math: 6. inquit: non
potestis Deo servire et mammona. sermo dei in paupe-
ribus plus proficit, sunt enim hi in curis liberiores;
et cum illi hîc sint in temporali miseria, felicitatibus
sunt investigatores; ideo salvator noster et sic Jesus
pauperibus evangelizare missus est. De Judaeis aman-
tibus terrena dicit Paulus Hebraeos: 4: non proficit
eis sermo auditus. Item quod juvenis ille evangelicus
ut patet multas possessiones habens, audito consilio
Domini de possessionibus suis vendendis, abijt
Iustis math: 19. et apud tales semen in herbas spinas suffo-
catur

Handwritten text in a cursive script, likely Latin or Italian, visible on the left edge of the page.

TIFFEN Gray Scale

© The Tiffen Company, 2007

A	1	2	3	4	5	6	8	9	10	11	12	13	14	15	17	18	19
R																	
G																	
B																	
M																	
W																	
G																	
K																	
C																	
Y																	
M																	

TIFFEN Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2007

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black

Inches: 1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres: 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19